pagina impleta non recepit
cyrographi tamen hec fuit ratio
sermonem istum longius
proferendi ut quia doloris
nuntium epistola deferebat
eadem tibi ex quadam mei
confabulacione prestaret
carta solacium

Explicit epistola Severi ad aurelium diaconum

Incipit epistola Severi sulpitii ad socrum suam Basulam qualiter sanctus martinus de hoc mundo recesserit

Sulpitius Severus Basule parenti venerabili salutem Si parentes vocare
animus liceret te plane ex·
pilacionis furtique reum ad
pretorianis tribunal iusto dolore
traherem Quid enim Non
conquerar quam a te pacior
iniuriam Nullam michi domi
cartulam nullum libellum nul·
lam epistolam reliquisti ita
furaris omnia ita universa di·
vulgas si quid ad amicum fa·
miliariter scripsi si quid forte di·
ludens quod vellem tamen
occultum esse dictavi omnia ad te
prius pene quam fuerint scripta
aut dictata perveniunt Nimirum
obseratos habes notarios me·
os per quos a te nostre inepcie
publicantur Nec tamen adver·
sum eos possum moveri si tibi
parent qui in ius meum ex
tua potissimum liberalitate
venerunt seque adhuc tuos quam
meos esse meminerunt Tu
sola es rea tu sola culpabilis